

de Vallono, proditoris, socii sui, sita in loco Litiniani (per Lici-niani) in territorio Salerni, pro dotibus supradictis... tu mulierem eandem possessione predicte vinee cum terra destituisti, iuris or-dine non servato... Nos igitur... mandamus quatenus... de fide mu-lioris et si consensit maliciis viri sui ac de iure eiusdem diligenter inquiras et que inveneris, nobis intimare procures et... plene nos instruas quare terram ipsam cum vinea revocasti et cuius auctori-tate mandati... Data Nicotere, die X iulii XI indictionis.

V.

1283, 14 ottobre (mercoledì), Salerno.

In contemplazione di matrimonio, tale Jaquinta Trentacapilli ebbe nel 1261 dal padre e dalla madre una somma in contanti, che il marito Bonaventura de Ala si obbligò de tenere come dotale, con expressa rinunzia ad ogni suc-cessione paterna, materna e fraterna. Morto il marito, fu un cugino di costui nominato curatore dei beni degli orfani, e a lui la vedova si rivolse per avere la sua dote. Non avendola avuta, richiese l'intervento giudiziario e col giudice Matteo Domnomusco e parecchie persone esperte, a norma delle leggi longo-barde e delle consuetudini della città, si recò ad una casa del defunto marito, sita presso la chiesa di S. Andrea de Lama, per prenderne possesso, se il curatore non l'avesse soddisfatta. Non essendosi esso fatto trovare, la vedova dichiarò che, pur consentendole le leggi e le consuetudini della città di pren-dere il triplo di quanto doveva avere, voleva agire mitemente, e prendeva possesso soltanto del secondo piano della casa, il quale, a detta degli apprezzatori, valeva meno di quanto le spettava. Dovendo, però, dopo quest'atto, dare al curatore altri trentasei giorni di tempo durante i quali quello poteva purgare la mora ed evitare la perdita della casa, e richiedendo la legge che la decorrenza di tale termine gli fosse con pubblico atto notificata, essa ne fa la richiesta al giudice, il quale acconsente, fa redigere l'atto dal notaio Pan dolfo Dardano e lo sottoscrive.

Pergamene della badia di Montevergine, vol. CV n. 76. La pergamena è in cattivo stato d'i conservazione. È notevole, perchè contiene un doc. dell'età sveva e perchè dà notizie impor-tanti giuridiche e procedurali.

In nomine domini Dei eterni et salvatoris nostri Iehsu Christi,
anno ab incarnatione eius millesimo ducentesimo octagesimo

tertio et septimo anno regni Jerusalem et nonodecimo anno regni Sicilie domini nostri Karoli gloriosissimi regis predictorum regnum, ducatus Apulie et principatus Capue, Andegavie, Provincie, Forchalquerii domini et duodecimo anno principatus illustris domini nostri Karoli suprascripti domini nostri regis filii, magnifici principis Salerni et honoris Montis S. Angeli domini, die mercurii quartodecimo mensis octubris duodecime indictionis.

Ante me Matheum de Domponomusco, iudicem, presentibus notario Johanne Scopo, notario Nicolao Dardano et Johanne Scarso, testibus subscribendis, Jaquinta reicta Bonavinture, qui dictus est de Ala, ac filia quondam Hugolini qui dictus est Trentacapilli, ostendit quoddam scriptum puplicum manifesti, quod per omnia taliter continebat: In nomine domini... anno ab incarnatione eius millesimo ducentesimo sexagesimo primo et quarto anno regni domini nostri Manfridi, Sicilie et Italie gloriosissimi regis, mense novembris, quinta indictione. Ante me Matheum Calvulum, iudicem, presentibus magistro Johanne... Granita, testibus... Bonavintura qui dicitur de Ala, filius quondam Guilielmi, coniunctus est cum Hugolino qui dicitur Trentacapilli, socero suo, filio Rogerii, ipse tamen Bonavintura, [vir Jaquinte filie ipsius] Hugolini. Et ipse Bonavintura confessus est se recepisse ab eodem Hugolino pro parte sua et suprascripte uxoris sue omnes uncias et res sibi pro parte sua et suprascripte uxoris sue phadelphi nomine contemplatione [matrimonii inter ipsos Bonavinturam et Jaquintam celebrati id est] quatuordecim uncias auri tarenorum monete Sicilie et de rebus mobilibus iuste appreciatis alias quatuordecim uncias tarenorum suprascripte monete. Et nichil sibi et eidem uxori sue de suprascriptis unciis re [bus mobilibus]... ipse Bonavintura guadiam ipsi Hugolino socero dedit et fideiussores ei posuit semetipsum, Johannem qui dicitur... filium quondam Marii et Bartholomeum qui dicitur Granita, filium quondam Luce; et per ipsam guadiam... obbligavit se et suos heredes ut nullo tempore ipse seu suprascripta uxor eius et eorum heredes querant seu queri faciant ipsum Hugolinum et heredes eius de suprascriptis unciis et rebus... Insuper ipse Bonavintura et eius heredes semper defendant ex hoc suprascriptum Hugolinum et eius heredes a suprascripta uxore sua et illius heredibus... Et si sicut superius scriptum est... non adimple-

verint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint... obbligavit se et suos heredes componere ipsi Hugolino et illius heredibus quinquaginta augustales. Preterea soprascripta Jaquinta postea in meam et predictorum testium accedens presentiam, omnia suprascripta que suprascriptus vir eius suprascriptum est gexerat ratihabitatione confirmavit. Et per convenientiam ipsa Jaquinta cum voluntate suprascripti viri sui in cuius mundio est, et renuncians velleyano et omni legum auxilio... obbligavit se et suos heredes si suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint componere quinquaginta augustales... Qui... suprascriptus Bonavintura obbligavit se et suos heredes suprascriptam Jaquintam uxorem suam et heredes eius in suprascriptis unciis et rebus semper tacitos et contemptos permanere facere de omni paterna, materna et fraterna successione seu substancia... Que omnia ego Nicolaus publicus Salerni notarius... scripsi et meo signo signavi. Ego qui supra Matheus iudex. Ego magister Johannes de Iocle qui rogatus interfui testis sum. Ego predictus notarius Matheus Granita testis sum — Cum autem ipsum scriptum publicum ostensem ac lectum fuit, dixit ipsa Jaquinta quod... post mortem quondam suprascripti Bonavinture viri sui, Jacobum qui dicitur de Ala consobrinum quondam suprascripti Bonavinture curatorem datum Simoni, Francisce, Bartholomee et Rigale, germanis, pupillis, filiis eiusdem Jaquinta et filiis etiam et heredibus quondam Bonavinture... nobilis viri domini Francisci straticoti Salerni ad hunc contractum, de quo constitit, citavit, requivisit, et citando mandavit, de quo constat legitime, pro eo quod ipsa citatio semel, bis et tertio cum mea notitia sollempniter... quatenus de ipsis viginti octo unciis dotalibus, quas ipsum scriptum continet secundum iura eidem Jaquinte satisfaceret, ut curator ipsorum pupillorum, nec extitit satisfactum, velud ex ipsis Jaquinte relatione accepi. Qua propter ipsa Jaquinta... michi preces effudit quatenus una cum ea ad res stabiles que fuisse dicuntur quondam suprascripti Bonavinture porrigerem, quia de eis secundum Langobardorum regum edictum et consuetudinem istius civitatis pro predictis unciis capere et transectare volebat. Cuius ego precibus annuens, una cum ea et aliis doctis hominibus rerum stabilium appreciatoribus, ad integrum secundum quod est superius

solarium cum camminata ipsi solario in parte occidentis adiacente, coquina et alia camminata in summitate scalarum constructa et abstraco, que quondam predicto Bonavinture dicuntur pertinere de terra cum casa solerata et scalis fabricatis que constructa est intra hanc Salernitanam civitatem, in loco Veterensium, subtus et prope ecclesiam S. Andree de Lama, que a parte meridiei et horientis viis, a parte septentrionis andito, iuxta quod porta eiusdem case constructa est, et a parte occidentis ad finem aliorum coniuncta est, porrexii. Et licet secundum Langobardorum regum edictum et consuetudinem istius civitatis, eidem Jaquinte in triplum comprehendere liceret, volens tamen ipsa Jaquinta cum eodem Jacobo curatore pro parte predictorum pupillorum mitius agere, cepit et transectavit in simplum, pro viginti octo unciis supradictis, integrum suprascriptum [secundum] solarium, cum camminatis, coquina et abstraco... eo quod mea et ipsorum doctorum hominum extimatione non plus set minus suprascriptis unciis in simplum extimatis iuste valere minus ipsis extimata fuit: ad habendum et faciendum exinde ipsa Jaquinta et eius heredes, cum vice de suprascriptis viis et andito et de aliis anditis et viis suis, semper quod voluerint... ipsi Jacobo curatori pro predictorum pupillorum dierum spatio, lege et consuetudine istius civitatis indulto, quod est triginta et sex dierum. Set quia huiusmodi tempus transcucurrit, nisi scienti, eundem Jacobum curatorem... de predicta captione et transactione facta predicto die et qualiter infra ipsos dies predictam captionem et transactionem idem curator... recuperare poterat et post ipsos dies elapsos a dominio et potestate cadebat, eodem die eundem Jacobum curatorem... certioravi... Que omnia ego Pandulfus Dardanus, Salerni notarius, scripsi et meo signo signavi.

Ego qui supra Matheus iudex.

Ego predictus Johannes testis sum.

Ego predictus Nicolaus testis sum.

Ego predictus Johannes testis sum.